

put meum concitasti, non extin-
 guendum sed honorandum, veluti
 tribunus ex Areopago, autor plebi-
 sciti in me honorificentissimi, tibi
 etiam non privatim tantum; sed
 publicè etiam gratias agam. Adeoq;
 prima hæc in proximum octiduum
 nostra hic erit deliberatio. Quæ
 necessaria non esset; si Campidu-
 nensis Resp. paulo tolerabiliori
 fortuna uteretur, neque in meis
 pensionibus repræsentandis impe-
 diretur. Nam quod eadem utor for-
 tuna Lincii, ejus doloris sensum ad-
 te pervenire nolo. Clarissimis viris
 D. Doctori Sebizio Promotori; D.
 D. Saltzmanno privato conjugum
 patrono & consultori optimo; D. M.
 Malleolo Mathematico, ejusque u-
 xori; D. D. Joanni Schmidt, Theolo-
 go; D. D. Joan. Friderico Schmidt,
 auctori meo singulari benevolentia
 cogni-